

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS
COMMENTARII VOX URBIS IN AN. MDCCCCVIII

Pretium annuae subnotationis est in Italia Libell. 4,80
ubique extra Italianam Libell. 6,25
(Doll. 1,25; Sch. 5; March. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25)
recto tramite mittendum

ad ARISTIDEM LEONORI Equitem

Commentarii "Vox Urbis," possessorem et administratorem
ROMAM, Piazza del Gesù, 48

Praemia sociis constituta:

Ex subnotatoribus quisque sive Vox Urbis kalendarium, sive tabulam
m. 0,25 × 0,45 Pontificiam dominationis
auspicationem referentem a Pio PP. IX anno MDCCCXLVI peractam, ad libitum
sibi habebit.

Qui socios novos comparaverit duos pretiumque eorum subnotationis
miserit, subnotatione sibi gra-
tuita omnino fruetur.

Qui socios novos comparaverit tres — bibliopolis exceptis — ma-
gnificam tabulam dono accipiet
m. 0,63 × 0,85 in qua apposita charta manu facta, calcographice impressa, offi-
cina Urbani hospitii S. Michaelis ad Ripam, antiqua gloria insignis, imaginem
retulit Pii X Pont. Max. vultus vigore, oculorum vi lineamentisque iure merito
apud omnes celebratam.

Qui triginta socios novos comparaverit ante Iulium mensem — bi-
bliopolis pariter exceptis —
dimidiatum pretium itineris habebit a quovis Europae loco ubi vivit Romam usque,
atque inde in domum suam, secunda, prouti vocant, ferriveharum classi usus.

Qui sexaginta socios novos comparaverit uti supra, eodem itinere
gratis omnino gaudebit.

Ann. XI. ROMAE, Kal. Aprilibus MDCCCCVIII Num. IV.

VOX VRBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Semel in mense prodit

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est:

In Italia: Libellarum 4,80
ubique extra Italianam: Lib. 6,25 (Doll. 1,25; Sch. 5; M. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25)

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem

Commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem

ROMA - Piazza del Gesù, 48 - ROMA



Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

apud
Gebethner et Wolf

IN ANGLIA

apud
"Kronika Rodzinna," Burns and Oates

IN CANADA

apud
Librairie Granger Frères

Varsaviae Polonorum
Rakowskie Przedmieście, 15.

Varsaviae Polonorum
Krakowskie Przedmieście, 6.

London W.
28, Orchard Street.
Montreal
1600, Rue Notre-Dame.



CONSTANTINI PISONI

Pontifícia officina Candelarum ad Sacra

In artium recensione Taurinensi an. MDCCXCVIII

inter Italicas prima iudicata

pluribusque praemis aureis, argenteis, scriptisque honoris testificationibus aucta

ROMAE in ITALIA

Corsio Vittorio Emanuele, 127-129 — Via Sediari, 1-2-3

Huiusmodi officinae, conditae inde ab an. MDCCXIII, haec peculiaria propriaque sunt:

Candelae ex cera, iuxta praescriptiones liturgicas a S. Rituum Congregatione cognitiae atque adprobatae.

Candelae rigidissimae, calidioribus caelis resistentes ab officina Pisoni *unice* comparatae.

Candelae ad sacra atque ad illuminandum, quarum explorata sunt tum integra exustio, tum omnis et colatura et fumi defectus.

Candelae exquisitis ornamentis decorae sive Cereorum Paschalium sive donorum ad usum.

Cera capsulis conclusa ad supelleciles et pavimenta dilucidanda.

Faculae ad noctem iure proprietatis circa fabricationem protectae, decem horas et ultra ardentes. Unicae haec sunt, quae continuo ac splendido fulgore comburantur, ita ut singuli vix eas experti, in posterum solummodo adhibuerint. — Mittuntur involucris 12-25-50 cereas faculas continentibus.

Commercium epistolare omnibus linguis habetur.

Res ad orbem universum exportatur.

Diversorium Magnum, cui a Minerva nomen
(Grand Hôtel de la Minerve)

ROMAE - Piazza della Minerva - ROMAE

Diversorium inter optimam Romae, in Urbis centro, recens omnino instauratum — Tercenta cubicula et magnae aulae — Calefactio — Balnea — Electrica lux ubique — Machinae duo ad ascendendum — Hiemale viridarium — Ladi tridiculares — Aulae mulieribus reservatae.

Sacellum pro sacerdotibus ad sacra litanda.

Leopoldus Scotti, moderator.

Gulielmus Gaudenzi

Romae, Tor Sanguigna, 2-3; Via Coronari, i cuique suppeditat coronas, numismata, Christi crucifixi effigies, Sanctorum imagines tum insculptas tum omnibus modis impressas, metallis caelata opera ad sacra vel ad reliquias reponendas, pietatis libros, omniaque in Puellarum Mariae usum; pulclarum aratum specimen, musiva, caelatas sculptas gemmas et similia; quorum maximum apparatum possidet.

Gallice atque Hispanice loquitur.

Prospectum subnotationis *Vox Urbis* Commentarii
in an. MDCCCVIII

videas in quarta operculi pagina.

Ann. XI.

ROMAE, Kal. Aprilibus MDCCCVIII.

Num. IV.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Rerum index:

Ex Chilensi Republica.

Ex Gallia. - De pace, varia.

Ex Batavia. - Certamen poetum Hoeufftianum.

Claudia Vestalis. - Carmen FRANCISCI XAVERII REUSS in certamine poetico Hoeufftiano magna laude ornatum anno MCMVIII.

De re litteraria apud Subalpinos. De Historia. Dominicus Berti.

De Iesu Christi iudicio.

Paroemiae sive Adagia: Piscator ictus sapient. - Crassa sive Pingui Minerva.

Acta Pontificia. - Sanctissimi Domini Nostri Pii divina providentia Papae X litterae encycliche de modernistarum doctrinis: Ecclesia et Status iuxta modernistas - Evolutionis doctrina et modernistarum.

In tertia operculi pagina: TARCISIUS - Actio dramatica L. B. FRANCESCA versibus senariis conscripta.

Ex Chilensi Republica

Bonearensim urbem, unde ad vos scripsi(1), quum lustrassem feliciter, antequam meos ad Gallos redirem, vehementer animi cupiditatem explevi, adversum quoque litus Americae attingere, perque montes immanes Chilensem in hanc rempublicam descendere.

Derelicta vix itaque Bonearensi civitate, integrâ una die iter fuit rectissimum per immensam late planitiem quam pampam dicunt. Viridis quidem ager undique ac laetus graminibus, in quo late armenta pascuntur pecudum sine numero, ex quibus praesertim Argentinensium civium qui illie vivunt, opes constant. Rarissimi per immensa campestria pagi et inter se distantes admodum, sed, viae ferreæ prope stationes, aedes passim exstructæ.

En autem, post multas horas velocissimo cursu productas, en colles primi atque montes; en sylvae viuentes; quumque iamiam Mendoza urbs appareat, Andarum montium nivalia iuga sub sole micant.

Mendoza Ibericis a militibus condita urbs a. MDLX, anno MDCCCLXI, ut omnes meminerunt, ingenti terraemotu diruta est, quo decem millia civium vitam misere perdidere. Instaurata tamen quasi a fundamentis, iucundum sui præbet novum adspectum. Hinc iter iuxta fluminis ripas ad montes ascensit: ferreique tramites ipsam quoque viam sequuntur, ferreisque pontibus audacissimis violentas aquas saepe transiliunt.

Sed iam ad Cumbræ transitum pervenimus, qui inter montes est Aconcagua et Torpungato, ex Andis gigantes maximos. Hinc inde saepe per valles pe-

cudes iterum videre est, quae inibi pingue sunt ac deinde Chilensem in rempublicam quotannis vere novo per legiones aguntur; aguntur vi ab equitibus pastoribus per asperas vias, hiemales etiam nunc ob altitudinem, et rigentes, ita ut armenta fame et frigore in via plures imminentur.

At ferreum nostrum iter audacissimum alpestrem viam altissimam aggressum, eo usque ascendit, quo nullibi adhuc vires hominum afferre vehes ex chalybe valuerint. Hoc modo vallis attingitur, saxis quae «erratica» nuncupant frequens: dicitur Las Cuevas, unde ad Cumbræ verticem aditus, ex quo tandem in Chilensem rempublicam est prospectus. Fit igitur descensus in Chilem: infidus quidem et concitus quoadusque Incas lacus nigricans dextrorum appetet; inde Iuncal ad oppidum, ad «militis saltum», tandem per amoenissimam vallem, uno itineris die, ad S. Iacobi portus viator adducitur.

Quid autem vobis referam de Chilensi republica? Nitrici salis industri effossione plerunque ditescit, nec manufactis adhuc laboribus nimis intendere mihi videtur, quorum copiam frequenti admodum et ubique commercio a ceteris tum Americae, tum Europæ, tum Asiae populi agit. Mox enim eius ex litoribus novum navium iter ad Iaponias insulas est constitutum: ex Iaponia autem serici textiles, fictilesque supelleciles late afferuntur, dum ex Chile gramina, poma, salia exportantur.

Industria sic civilis ad fabricandas stamina ferrea, machinas ad serendum, metendum vel effodiendum incubit. Deducuntur pariter in dies novi telegraphi tramites atque telephoni, aquaeductus exstruuntur, electridis lux omni ope gignitur.

(1) Cfr. an. XI, n. I.

Sed viae quoque multiplicantur, eaeque ferreis axibus stratae per omnes regiones ducuntur, sive aere civium sive mutuata a peregrinis argentariis pecunia; ab iis maxime, qui sive septentrionalem Americam colunt, sive Europam. Postremo classum navigia ex chalybe et ferro loricato augentur et arma, ut privatis divitiis, quae satis prosperae sunt, digna quoque reipublicae vis atque tutela respondeat.

Quae plane omnia viatori eas terras lustranti latino semine nato iucundissima visu sunt spemque plurimam de futuris nominis nostri incrementis in animum inducunt

Haec ad vos scribem S. Iacobi ab urbe, Chilensis hospes omni humanitate exceptus; nec tamen hanc puto epistolarum mearum fore postremam, prout erat in mente; siquidem late prosequendi itineris nova consilia foveo; quae si perfecero, ipsi ex scriptis meis videbitis.

VIATOR.

Ex Gallia

De pace, varia.

Societas pro pace et libertate universalis Duaci praeses, nonnullas de tanto argomento notitias ad vos transmittere putavi, quas vobis non ingrata fore confido.

Primo igitur de novo circa ius pacis opere ab A. Merighnac, apud Tolosanam Universitatem doctore, recens edito (1) brevi attingam. Liber enim 800 pag. lucide conscriptus, ordine perfecto, scientia conscientiae praecellens, valde est omnibus commendandus. Liceat e tam ingenti de Iure Pacis compendio, id tantum excerpere quod ad Urbem attinet. Agnoscit enim Merighnac personam « iuridicam » Summo Pontifici tribui debere iuxta iuris gentium disciplinam; cui sententiae assentiuntur Bluntschli, Pradier-Fodére, Rolin, Iacobus Dumas; quibus me ultimum addo.

Unionem autem « Ecclesiae » cum Summo Pontifice, [fidei catholicae doctrinam], regulam humani iuris esse non arbitratur: itaque si quis in Gallia fundum Summo Pontifici exempli gratia legaverit, valere legatum auctor contendit, etsi non liceat « Ecclesiae » legare.

Recusatur « Esperanto ». — Non pariter vobis displicebit cognoscere Societatem hanc nostram (Duaciensem) sermoni Esperantino operam, ut expostulabatur, navare, post studiosas disquisitiones, renuisse. Idem iam diuidicaverat, superiore anno, ut scitis, collegium quoque eiusdem societatis armoricanum, censens sibi gallicum sermonem, in orbe celebrari-

(1) A. MERIGHNAC, *Le droit de la paix*. (Paris, 1907).

mum, sufficere ad usus quotidianos vulgi; quod autem ad cultiores pertinet, latinum. Ceterum « Esperanto », qui multiplici atque ancipi verborum potestate fruiatur, ideo perplexus videtur, ita saepe significationem oppositam obviae prae se ferre, ut non tam facilis reapse dici possit ac vulgo iactitatur.

Nobelium pro pace praemium. — Nobelium premium pro pace hoc anno viri duo valde dissimiles tulerunt, quorum alter Gallus, Ludovicus Viellart ex dynastis Renault; alter Italicus, Theodorus Moneta. Hic popularis scriptor, plebis causae addictus, diario cui « Saeculum » nomen Mediolani tricta annis prae-fuit; attamen (res notabilis), Summo Pontifici epistulam, nomine *Pacis Conventus* suo tempore misit, qua venerabundus assensum eius petebat; quae qui-dem laudatricem responsionem obtinuit. Haec hactenus de pernoto satis Italorum cive. Alter, rerum novarum inimicus, divitiis invictum animum gerens, vitae integer, inveterati moris mutationem aegre sequutus, Hagani coetus scriba, studiosus vir potius fuit, quam auctor alacris; nempe fidem suam ut in domesticis ita etiam in publicis rebus mirum in modum servat; ita Deum Catholicorum semper castissime coluit. Ideo nemo fidelior Haganarum pacti-um interpres notariusque inveniri poterat. Singulare tamen quod, praemio de Pace recepto, Pacis ille laureatus profiteri non dubitaverit sese *Pacifistam* nominari nullo modo velle; idque publico in Parisiensi Universitate coetu proclamavit.

MONTELUCCIUS.

Ex Batavia

CERTAMEN POETICUM HOEUFFTIANUM.

Accepimus, et libenter edimus:

Die IX m. Martii in conventu Ordinis Litterarii Academiae Regiae Disciplinarum Nederlandiae relatum fuit de XXV carminibus, quae Amstelodamum missa fuerant ut de praemio certarent. Victor renuntiatus fuit

ALFONSUS M. CASOLI ex urbe Mediolano, qui *Ad conventum Hagensem cecinerat*. Praeterea sex carmina laudata fuerunt, nempe: *Claudia Vestalis*, *Post occasum Urbis*, *Sanctus Theodorus*, *Vita urbana*, *Soterichus*, *Vis electrica*. Haec quoque carmina legati Hoeufftiani sumptibus edentur, si poetae veniam dederint schedules aperiendi, quod iam fecit poeta *Claudia Vestalis*, cuius nomen est FRANCISCUS XAVERIUS REUSS ex urbe Roma (1).

Amstelodami d. IX m. Mart. MDCCCXVIII.

H. T. KARSTEN,
Acad. Reg. h. t. ab Actis.

(1) Clarissimo viro atque inceptus nostri socio dilecto iterum iterumque gratulamus. — Vox URBIS.

CLAUDIA VESTALIS

Carmen FRANCISCI XAVERII REUSS

in certamine poetico Hoeufftiano magna laude ornatum anno MCMVIII (1)

Nox est: cuncta silent, indulget Roma sopori. Sola, vigil, Sacramque Viam tacitumque pererrat Luna Forum; quae, de Capitoli moenibus altis deque Palatini tectis delapsa superbis, insinuat se porticibus, dat et oscula templis, itque triumphales, regina serena, per arcus.

En radiis mulcet placidis Sacraria Vestae et quas virginibus Numa rex Vestalibus aedes adstruxit, iussis aeternum naviter ignem Palladiumque, rei Romanae fata, tueri. Emicat e fano splendor; stat Claudia virgo ante aram, nutrita cedris ubi flamma coruscat. Candida virginea tegit artus palla, tegitque candida vitta caput tonsum (2). Qua fronte pudica! quo nitet ore pio! Septemnis in atria Vestae cessavit, prae ter denis delecta puellis; tironis stadium lustris emensa duabus, altera lustra duo traduxit iusta sacerdos; nuper pontifices solerter munere functam casto praefecere choro, Parioque magistrum

(1) I. — Effuso nuper Fori Romani solo, in lucem prodierunt, circa diratum Vestae templum, complures Vestalium statuae marmoreae, et cippi cum inscriptionibus landatoris. In uno ex his lapidibus haec leguntur:

OB · MERITVM · CASTITATIS
PVDICITIAE · ADQ. IN · SACRIS
RELIGIONIBVSQVE
DOCTRINAE · MIRABILIS
C ///// E · V. V. MAX.
PONTIFICES · V. V. C. C.
PROMAG. MACRINIO · SOSSIANO V. C. P. M.

DEDICATA · V · IDVS · IVNIA
DIVO · IOVIANO · ET · VARRONIANO · CONSS.
(d. e. anno Christo CCC LXIV).

Nomen huius Vestalis Maximae olim ex industria expunctum fuit, ubi tamen legi adhuc potest prima littera. C. Communis autem archaeologum opinio est, agi hic de Vestali Maxima Claudia, christianam sub id tempus religionem amplexa, quam poëta Prudentius (*Peristeph.*, hymn. II, vers. fin.) his memor iambis:

*Aedemque, Laurenti, tuam
Vestalis intrat Claudia.*

Quo tempore lapsi positum est (anno 364) tolerabatur adhuc cultus Vestae, qui sub finem eiusdem saeculi omnino sublatus fuit. Cessaverat tamen atrox pontificum in Vestales auctoritas. Quum igitur idolorum antistites in Claudiam, ad Christum conversam, altera iam animadverte non possent, eius saltem *damnarunt memoriam expuncto Vestalis nomine*.

II. — Templum christianum *S. Mariae Antiquae*, quo Claudia se reciperit, nuper etiam in eodem Foro Romano detectum est. Eius initia, ex sententia clarissimi H. Grisar, S. I., ad tempora Constantini Magni pertinente; alii tamen archaeologi eius originem aliquot decenniis seriore esse volunt. (Cfr. HORACE MARUCCI, *Le Forum Romain et le Palatin*, MCMII, liv. II, chap. 10).

(2) Erat prope Vestae delubrum arbor e lotorum genere, dicta *Lotos capillata*, quod in ea novarum Vestalium capilli, a pontifice detonsi, suspendebantur. (PLIN. SEC., lib. XVI, 44).

marmore descuptam titulis auxere decoris;
MAXIMA nunc VIRGO veteri pro more vocatur.

Virginis ut pallet vultus! Certe gravis angit cura sinum; gemitum tristem modo labra dederunt; cursitat hue illuc; febri velut acta movet se; lumina iam demittit humi, iam tollit in aram inque deae rigidum simulacrum (1); pectus utraque saepe premit palma, crudo quasi vulnera laesum: immemor interea (quis crederet?) ignis alendi....

— « Dic, virgo, si nosse licet, quo saucia telo indoleas ». — Silet illa; rapit tamen ecce volumen pictis e pluteis, auro minioque renidens. Est liber inscriptus VESTALIA SACRA, diesque pernumerat festos, dum volvit annus, agendos, pensaque festivis notat assignata diebus. Quotidiana refert tum munia, quamque severis plectatur poenis male casta (quod absit!) alumna, atrox cui foditur vivae vegetaeque sepulchrum, cribro ni ferat, oblitas discurrere, lymphas (2).

« Nonne meas alaci — suspirat Claudia — partes absoluvi studio? Numquid tamen una beavit me sine nube dies? Et quae liber iste recenset grandia iura, probis Vestae decreta ministris, taedia quanta mihi generunt! Iunior olim hos ego, patricius sanguis, paulisper honores ambivi: placuit, qui me stiparet euntem, lictor honorus, iter doctus mihi pandere turbas per medias; placuit Tyrio spectabilis ostro pulvinus, quem templa dabant, dabat amphithe-

[trum (3)].

Aurea me pilenta satis mollesque iuvabant lecticae, SALVEque sonans ex ore potentum. Gratius at gladiator AVE mihi gutture fudit rauco, poste aquam, quem multi pollice verso victum damnarant cives, assurgere iussi (4). Ast ego, Roma, tuis Circensibus, hand mora, triplex indignata VALE, quod diffidit aera, dixi.

» Tum sapui tandem; ludosque perosa cruentes, ludicra mox etiam spectacula fastidivi.

(1) Teste Ovidio (*Fast. VI*, 295 etc.) nihil aliud in cella Vestae erat, praeter focum igne perpetuo ardente; simulacrum deae in adnexa surgebat aedicula.

(2) Anno DCIX ab Urbo condita, Tuccia Vestalis, incestus insinuata, ita se purgavit, quod haustam e Tiberi aquam cribro, unde dilapsa non est, in eadem Vestae detulit. Rem narrat Valerius Max. (lib. VIII, cap. 1), quam etiam memorat Plinius Sec. (lib. XXVIII, 3) et S. Augustinus (*De Civ. Dei*, lib. X, cap. 16).

(3) In amphitheatro Flavio podium adhuc conspicitur, in quo sedebant Vestales.

(4) In ludis Circensibus, uti notum est, spectatores inverso pollice significabant, velle se ut victus gladiator a viatore conficeretur.

Gaudia certa sitit mea mens quae, nata supernis
aeternisque bonis, fugientia temnit et ima.
Non me laus hominum satiat, non copia rerum
quas parit haec tellus, non Vestae cultus inanis.

» Vesta quid est? Divam faciles dixere poetae;

at si vera loquar, fumus dicetur et umbra.

Umbram Musa levis solido pro corpore cepit;

umbram nugatrix insculpsit Graecia saxis.

Femineos tum scalpra deos fixxere maresque,

infernos, superos, terrestres aequoreosque,

annosos, iuvenes, tardos celeresque, nec eheu!

moratos bene: Mercurium fecere rapacem,

lascivam Venerem, Martem fera bella serentem,

Iunonem tumidam, siccantem dolia Bacchum,

infamem philtoris Hecaten, Plutonaque tetrum;

Iupiter ipse, deum rex horum, vixit adulter.

» Haec coluisse pudet me numina; teque tuosque
odi, Vesta, focos, gelidi spiracula leti,

queis animus mihi, queis imae riguere medullae.

Infanti placuere rudi solemnia Vestae;

hinc placuere, Pudor quod in hanc confugerit arcem.

Virginis usque libet nomen servare decusque;

pignora sed moechis haec nolo credere divis....

At quae religio, quae me nova tempa litantem

suscipient? Iesumne colam, quem Caesar adorat?

Haud ita: lege Dei moveor, non Caesaris actu.

Praeterea, num gente satum venerabor Hebraea?

Num flagris caesum, quem noster in arbore fixit

Pontius infami, pendente hinc inde latrone?

Romulidum proles, egone hoc ignobile lignum

osculer! haecque labris liventia vulnra tergam!

Absit! Namque Deum Fontem reor esse decoris,

qualem descriptsere sophi Ciceroque Platoque.

Hunc privata colam; quia Tullius, immemor aequi,

eheu! nulla tibi, Pulcherime, tempa dicavit.

Quin etiam, quae scripta dedit sophus optima, consul

moribus expunxit, damnatis ritibus usus....

Ergone periuro credam?.... Res lubrica!.... Contra,

res est dura Crucem non exhorre probosam....

Vae mihi! quae dubiis, ratis instar fluctibus actae,

iactor consiliis, cursus ignara tenendi.

O aeterne Deus, Rex optime maxime! quaeso,

prode viam, qua recta sequare, qua nitar ad astra;

tu mihi Dux (nondum licet agnitus) et Pater esto,

atque ignosce, bonus, male quidquid nescia gessi».

Haec in verba, genu reverenter Claudia flexo

suscipit in caelum, luna radiante coruscum,

stellatamque Dei sedem miratur adorans.

Assurgens promit, latebroso parjete tectum,

scriniolum, scriptamque sibi capit inde tabellam.

— « Clandiolae nepti — sic currit epistola — multam

nuntiat in Christo matertera Paula salutem (1).

(1) Quo tempore Clandia vixit, clarere coepert matronae illae vir-

ginesque Romanae, quae nobilitate generis suaque doctrina et pietate

Urbem atque Orientem illustraverunt, uti Paula, Paulina, Marcella,

et aliae.

utrumque Melania, Lea, Avita, Blesilla, Furia, Fabiola, Laeta, Asella,

Eustochium, Principia, aliaeque.

Crede mihi, quae ceu natam te semper amavi;
crede mihi: Christo, non dis debetur ineptis
turis honos. Quae nunc scribo, te, filia, coram
saepius admonui; nec te mea laedere matris
dicta videbantur. Deus unus, ut ipsa fateris,
imperat in caelis, immensi Conditor orbis.
Virtus omnipotens, Sapientia summa, bonorum
Oceanus, nostros merito sibi poscit amores.
Ille prior nos dilexit, dilexit ab aevo.

Condiderat sanos; letali postea morbo
ictos restituit primaevae sponte saluti.
Nam, Deus usque manens, humanos induit artus,
obses ut occidi posset pro sontibus insonis.

Crux, quo suppicio trucius nihil, atra volentem
enecuit, palmas clavis plantasque foratum:
res oculis horrenda quidem; sed, si quis amore
obsidis inspiciat, populis iucunda redemptis.

Σωτήρ ille (vocant Christum) quae, debita nobis,
vulnera sit passus, quos victa morte triumphos
egerit, et quae legarit caelestia terris
dogmata, cognosces hoc, Claudia, codice lecto,
quem tibi nunc (Evangelium dixere) remitto.
Volve silens meditansque librum, memorique reconde
lecta sinu. Valeo; tu Christo vive, valeque ».

Nec mora, divinum sitienti corde volumen
haurit Vestalis, molli dum nox fugit ala.
Haurit, et exardent oculi vultusque legentis;
haurit, et ora pio lacrimarum rore madescunt.
Iesum mente videt natum de virgine Matre;
cernit, uti sensim grandescat; gravior usque (1);
aspicit haud veritum tractare fabrilia, duro
assuetum, ne nos pigate sudare, labori.
Audit sublimes, quas et miracula firmant,
doctrinas iussumque novum propriumque Magistri (2).
Nec refugit, cruce quum suspensum spectat in alta;
nam fido, qui stat propior, sociata Ioanni,
colligit e labro morientis verba suprema,
huncque Deum verum cum Centurione salutat.

Vestali ut placuit de denis lecta relecta
pagina virginibus, Sponso cum lampade iussis
occursare pio! (3). Locus alter perplacet, ignem
Christus ubi legitur terris immittere sacrum,
nilque sitire magis, quam toto ut flagret in orbe (4).
— « En meus — exclamat — meus optatissimus Ignis!
Ignescam Christo: dabit aram pectus, ibique
candida perpetuo fax accendet amoris.
Omnia fortis amor superat: sic et mea nimbis
obsistet stygiis, extingui nescia, taeda » (5).

utraq Melania, Lea, Avita, Blesilla, Furia, Fabiola, Laeta, Asella,
Eustochium, Principia, aliaeque.

(1) LUC. II, 52: *Et Iesus proficiebat... aetate et gratia.*

(2) IOAN. XIII, 34: *Mandatum novum do vobis. — Ibid. XIV, 12: Hoc*

est praeceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos.

(3) MATTH. XXV, 1-12.

(4) LUC. XII, 49.

(5) CANT. CANTICOR., VIII, 6, 7: *Fortis est ut mors dilectio...; lampades*

eius, lampades ignis... Aquae multae non potuerunt extingue caritatem.

Pontificum prorumpe furor! meque obrue glebis
(irrita iura novans) scelerati, si libet, agri! (1).
O utinam mihi sors Agnetis Caeciliaeque
rideat, et vitam pro Christo fundere fas sit!
Sin minus id liceat, sub humum mea saxea forma
et meus expuncto trudatur nomine cippus!
His caream titulis, Superum dum scribar in albo!

» Nec vobis deero, quos fratres atque sorores
Christus adoptavit: stipe vos solabor egenos;
aegrotos medicante manu verbisque levabo
mitibus; orbatis adero velut altera mater.
Atque aderunt (mihi nam videor ventura tueri)
virgineae vobis legiones tempus in omne,
illecebris saecli quae spretis pectora Christo
flammea sacrabunt, Christique dolentia membra
(quotquot stirps humana parit) mulcere, iuvare
certabunt: blandae matres, vigilesque sorores ».

At iam purpureo caelos aurora nitore
pingit; et in tacitas, clangendo, verberat auras
aerea vox, e Christiadum (quaes proxima surgunt)
tectis lapsa sacris (2): erat hoc Mariale sacellum
cui VETERI nomen. Tum Claudia: — « Me vocat — [inquit, —

ancillam Dominus, cui deinceps obsequar uni.
Iam venio.... Ne, Vestales, lugete! meamque
ne prohibete fugam! Propero quo vera trahit me
relligio, quo virginitas florentior;... haec vos
meta perinde trahat!.... Lectica non opus ulla....
Lictor, abi: mihi promptus adest ex aethere custos ».

Haec effata, gradu celeri penetralia Vestae
deserit, et Christi petit alnum Claudia templum.

(1) *Campus sceleratus dictus est ager, in quo Vestalis infidelis viva
sepeliebatur.*

(2) Reddita Christianis libertate, convocatio ad eorum templo iam
publice fiebat: sive sonante tuba, qui mos in Oriente invaluit; sive
percussis malleis tabulis ligneis vel laminis aereis, quae consuetudo
Occidentis fuit, donec reporta sunt tintinnabula grandia, ab aere Cam-
pano appellata. (WETZER u. WELTE, Kirchenlexicon, voc. *Glocken*).

DE RE LITTERARIA APUD SUBALPINOS

DE HISTORIA

(Cfr. an. XI num. II)

Dominicus Berti.

Quoniam venimus Cumbevianam, haud alienum a
me putabo, brevem mentionem facere de Dominicu
Berti. Non equidem negabo nonnullos potius inter
philosophos hunc esse recensem dixisse, qui hac
aetate floruerunt, ob praeclera eius opera de hac re
edita atque ob disciplinam, quam ipse in magno Tauri-
nenisi athenaeo tradidit. Attamen eum ponendum esse
inter historicos non dubitaverim, et opportunitatem
nactus, de ipso breviter dicam.



Cumbeviana natus est honestis parentibus anno
octingentesimo et vicesimo supra millesimum. Prima
litterarum rudimenta arripuit Carmaniolae, quae parva
in Subalpinis civitas est, quaeque iam ab illa aetate
commercialis florescens, vel optimis studiis clarescebat.
Ibi amicitia sibi devinxit Antonium Raineri, antiquae
probitatis sacerdotem, ac praeclearum sui temporis
ingenium, et Bertinium, qui summo honore philoso-
phiam tradidit in Archigymnasio nostro. Cum ipsis
coniunctissime vixit, atque ita in studio philosophiae
strenue est versatus, ut mature inter aequales explen-
descere cooperit. Hic auctor fuit scholarum illarum,
quaes primum apud nos paene universam studiorum
rationem mutarunt, atque ita novam nostris ingenii
palestram aperuit. Quo facto, quum multos inter audi-
tores suos conspexisset sacerdotes, profiteri haud dubi-
tavit: « Adhuc Ecclesia nos docuit; ab hoc autem
tempore Ecclesia ad nostras scholas adire debet,
nostrasque disciplinas, velit nolit, arripere atque in
vulgus conferre ». Quod quidem tempus iam omnes
advenisse sensimus, atque Ecclesia haud amplius po-
test vel suis filiis germanam disciplinam Christi li-
bero ore tradere.

Ingenium nactus acerrimum, omnia facile arripuit
ac tradidit, quae ad novam temporum rationem per-
tinerent; et in iis potissimum se se exercuit, quae ad
novos magistros formandos adprobarentur, quaeque
tunc temporis multorum hominum laudem ceteroquin
doctissimorum obtinuerant, et quae multi, nec equi-
dem citra veritatem, insimulabant ut omnium malo-
rum fontem, atque in litteras in hominum mores
coquinandos manarunt.

Paene etiamtum puer Augustae Taurinorum cum
praeclearis viris ephemeredem conscripsit, cui erat ti-
tulus *La Concordia*, opinionem audax adversatus Ca-
milli illius Cavour, qui illo tempore primum in po-
pulum se conferebat. Hic, admiratus ingenium iuvenis
atque audentiam, dicere consueverat: « Ipse unus
adest adversarius, nec adhuc mansuetiorem nobis
reddere potui! ». Ad eius tamen sententiam laben-
tibus annis accessit, sed veluti pro re nata, et post-
quam strenuus ille vir fato cesserat. Maximus Tapa-
relli patritius Aselli, fortuna potius quam virtute
illustris, eius studiorum tenacitatem admiratus atque
sententiarum altitudinem, dicere solebat: « Ecce iu-
venis, qui ante tempus vult senex videri! ». Inter
oratores populares adlectus legibus fereundis, vix per
aetatem ei licuit, in iis praesertim enituit, quae ad
studia atque ad litterarum et doctrinae incremen-
tum pertinherent.

Semel atque iterum administer fuit, atque rei lit-
terariae supremus moderator. Sed quum studiis flo-
resceret, maximam quoque laudem sibi comparavit
in vulgus primum edendo quae ad rectam rationem
spectant iudicandi Galileum Galilei. Neminem enim

latet quam haec quaestio sit compluribus circumsepta difficultatibus, et iamdiu doctos homines torqueat. Atqui Berti apud suam scriptiunculam in melius revocavit iudicium quod usque ad hoc tempus pravum percrebuerat malumque, in iudices summi illius viri atque in sententiam ab ipsis prolatam. Ipse enim primus et libero sane consilio, utpote qui nulli impiorum scholae addictus esset, et magna animi fortitudine, omnia vidit, propulsavit, acutissime recensuit, maximoque mentis acumine invexit, Galileum fuisse quidem damnatum, sed nullo flagellorum genere cruciatum neque vexatum, uti diu falsa opinio vulgo credita invaluit.

Scripsit quoque de Iordanio Bruno, qui aliquod sibi nomen acquisiverat saeculo decimosexto ob delirantem ingenii fecunditatem et multitudinem errorum quos congressit vel contra religionem vel contra rerum publicarum regimen. Quo nomine in publica vincula coniectus et capitis Romae damnatus, iampridem ab omnibus fere illius aetatis potestatis inquisitus, flammis crematus vitam finivit, in Urbis vico cui nomen est *Campo dei fiori*. In hoc vico, statuta est ei nostra aetate aenea statua, aere collatio, apud illos praesertim, quibus philosophi huius pertinacia facile causa portenditur contra germanam Christi religionem invehendi, et in primis contra iudicium sententiam, uti verbis ipsi atque scriptis profitentur, sed re ipsa vera contra quidquid est religiosum in terris atque divinum.

Utrum Dominicus Berti bene fecerit, in hac opella conscribenda, nec ne, hand dicere audeam; sed si consideraveris quam religionis osoribus favorit, numquam ad huius historici sententiam accedam.

Quem enim in tot improborum voluminum congerie, qua aetas nostra quasi obruitur, quaeras, si unus aut alter, qui etiam natura ingenio experrecto donatus, in desuetudinem abit, nec amplius manibus teritur? Ipse Berti, mea quidem sententia, quum perspexit quo tandem suus erga Iordanum amor evasisset, quibus religionis osoribus inserviisset, et denique quot errores et malos animos suscitavisset, doluit sane quam falso sui admiratores longe aliter essent iudicium suum interpretati. Dictionem suam paeclaris styli virtutibus ornare consuevit, verborum usus immutationibus et elegantibus sententiarum orationisque formis. Quod ait Cicero in *Bruto* de Caio Graccho: « oratorem dicere non dubitabo, grandem verbis, sapientem sententiis, genere toto gravem, et iuventuti praesertim legendum, propterea quod non solum acuere sed etiam alere ingenium posset ».

Multa et de multis argumentis conscripsit Berti, sed de iis potissimum quae ad rem litterariam spectarent. Augustae Taurinorum in honoris monumentum erga ipsum et grati animi, auctore Municipio, est iamdiu aperta eiusque nomini dicata perfectioris

disciplinae schola, ad quam adolescentulæ civitatis conveniunt, quae, sub ductu consilioque doctorum magistrorum, ad altiora studia tendentes, magistrali laurea donari desiderant.

Quum Florentiae ageretur apud oratores populares de abolendo publico Theologiae studio in magnis Italiae athenaeis, ipse unus pro viribus, multaque eruditione aliorum sententiae obstitit, ne soli Itali, in omnium populorum Europæ comparatione, scientiam illam negligere viderentur, ad quam ceterae nationes alacriter animum adpellunt.

Obiit Augustae Taurinorum an. M DCCC LXXXV.

SUBALPINUS.

DE IESU CHRISTI IUDICIO⁽¹⁾

Christi Iesu iudicium atque sententiam et mortem David rex propheta iamdiu hisce praedixerat: « Adstiterunt reges terrae et principes convenerunt in unum adversus Dominum et adversus Christum eius » (Ps. II, 2); et: « Insurrexerunt in me testes iniqui et mentita est iniquitas sibi ». (Ps. XL, 8); omnia enim de Christo venturo, siye ignominias, sive glorias David propheta fideli carmine tradidit. Atqui iudices Christi adamassim e principibus populi qui in synedrio congregabantur, erant, quique consueverant templi in aula praecisis petris exstructa, cui nomen *lishkath-hagazith*, numero saltem septuaginta duo consedere.

Dividebantur hi quidem in ordines tres: sacerdotum, seniorum atque scribarum, sive legis doctorum. Quum vero Jesus est ab eis damnatus, sacerdotum coetui Caiphas praeverat; maiori autem auctoritate pollebat Anna, ei socrus, qui idem iamdiu munus obiverat.

Alexandrina origine Anna erat, Seth filius, Sadducaeus, atque a Sulpicio Quirino, Syriæ praeside, summus pontifex renuntiatus; quod officium XV per annos retinuerat. Quum vero per brevi tempore Ismaël ben Phabi ei successisset, Eleazar, Annae filius, eius locum ad annum tenuit. Anno sequenti Eleazaro Simon ben Amith suffectus est; at mox Simonem Caiphas, qui ipsius Annae filiam matrimonio sibi coniunxerat, sequutus est, qui suam dignitatem XVIII per annos ab anno Chr. XVIII ad ann. XXXVI habuit. Maxima igitur in synedrio omne Anna auctoritate quamdiu vixit usus est, ita ut Christi Iesu mors ipsi primum tribuenda videatur. Evidem, et quum Caiapham, Vitellius, Syriæ legatus, anno XXXVI post

(1) Cfr. COSTANTINO CHAUVIN, *Il processo di Gesù Cristo*. (Roma, 1907).



“Ecce homo” — ANTONII CISERI tabulam in pinacotheca nationali Romae asservatam photographice expresserunt FR. ALINARI, Florentiae.

Christum nat. depositus, alium Annae filium ei sufficit. Praeterea Annae filii quinque in synedrio aderant Eleazar, Ionatha, Theophilus, Mathias, Ananus, qui omnes deinde, progressu temporis, summu pontificatum sua vice tenuere.

Cooptabantur autem in synedrio Simon Boéthos eiusque filii Ioazar, Eleazar, Simon Kanthérōs; genus sacerdotale, qui pariter varia aetate summo sacerdotio functi sunt. In Apostolorum denique actis alii multi eius temporis sacerdotes nuncupantur: Ioannes (Act. VI, 6), Alexander (Act. ibid.), Ananias (ben Nebēdai), qui et Pontifex fuit (Act. XXIII, 2-6) Paulique iudicio praefuit, Scaeva (Act. XIX, 14). Quod si Iosephi *Antiquitatibus* credendum est, inter magnos synedrii assessores addendi sunt Helkias, Simon ben Kamith, Ismael ben Phabi (1).

Ex scribis (γρογματεῖς) unus nostra maxima interest, Gamaliel, Hillel filius, qui Pauli, Barnabae, et Stephani magister exstitit, vir rectus atque iustus, qui Christianus postremo factus est, quemque vetera martyrologia inter sanctos quoque retulere.

(1) MATTH. XXVII, 57; MARC. XV, 43; LUC. XXIII, 50; IOHANN. XXIX, 38, et III, 1-10.

Postremo inter seniores sive senatorés mentione digni succedunt Iosephus ab Arimathea et Nicodemus, quorum iustitiam ac pietatem Evangelium narrat atque landat (1).

Pilatus autem, e gente Pontia, Romanus Christi iudex, Claudiam Proculam e Tiberii Caesaris cognatione uxorem duxerat, atque Valerio Grato Iudeae in regimine successit, illudque ab anno Ch. XXVI ad XXXVI per decennium tenuit. Gratiae vero Caesaris adeo nutans homo nitebatur, ut metu eius amittendae Iusti mortem decernere non dubitaverit.

Sed praeter synedrium et Pilatum, Iesus ad Herodem adductus est, Herodis magni filium, quem Βασιλέως Marcus appellat et tetrarchæ munere fungebatur. Ei Ἀντίπας cognomen; uxor autem Arethae IV Nabatenorum ex Petra filia, quam mox ille dereliquerat ut Herodiadem, fratris uxorem, usurparet. Luxu omni flagrans, Tiberiadem urbem, prope Genesareth lacum, sibi condiderat; sed quum Paschatis tempore Ierusalem venisset, ad eum quoque Iesus adductus est.

Huiusmodi plane fuerunt Christi iudices. Iudicium coram Anna noctu initum est, ut a Iohanne narratur (XVIII, 16-17-19), nulla tamen sententia ab eo edita; Caiphae enim in domo, paulo post, congregatis omnibus iudicibus ecclesiasticum iudicium est habitum. Ibi mendaces atque corrupti testes audit, adeoque inter se contradicentes, ut Caiphas tandem ad exsolvendam item rogaverit: «Adiuro te per Deum vivum, etc...»; ad quae quum Iesus respondisset: *Tu diristi; Ego sum, iudices omnes conculmarunt: Quid adhuc egemus testibus?* — atque concluserunt ipsum reum esse mortis (1). Hisce Iesu sententia firmata, a iudicibus lata est; atque iterum in altera synedrii congregatione, circa auroram habita (καὶ εὗρε τὸν — MARC. XV, 1), qua coram iterum Iesus protestatus est se Filium esse Dei (2).

Religioso iudicio sic expleto, civile incoepsum est Pilati in aedibus ad Antoniam turrim, primo mane, ac fortasse hora a media nocte septima. Nihil primum accusations valueret; scimus enim Pontium libere fassum esse causam mortis in reo sese non invenire. Verumtamen, ut erat timido animo, Herodi Iesum tradidit, ei ut causam remitteret (3). Ductus est ita Iesus ad Herodem; ubi nil actum est nisi iniquum, inutile, atrox atque crudele: ibi Iesus irrisus, calumniis impetus, illusus, et regali more per ludibrium vestitus est, deinde ad Pilatum iterum missus (4).

Qui quidem omni ope ut causam eluderet condit: cum Barabba latrone comparavit, mox flagellandum vulgo dedit ac populo deinde exposuit; quinquo eum dimisisset tandem liberum, nisi Iudei clamassent: «Non es amicus Caesaris»; (5); cuius gratiam suumque munus ne amitteret, Pilatus Iesum condannavit.

Hoc igitur modo omnis Iesu causa tractata est; nulla nimurum defensione, nullo ritu, nulla iustitia; de qua profecto illud esset Tullii iterandum: «Crimen sine accusatore, sententia sine concilio, damnatio sine defensione!».

(1) Cfr. MATTH. XXVI, 66; MARC. XXIV, 59.

(2) LUG. XXII, 66-71.

(3) LUC. XXXIII, 2; MATTH. XXII, 21; IOHAN. XVIII, 88.

(4) LUC. XXIII, 6, 12.

(5) IOHAN. XIX, 12.

PAROEMIAE SIVE ADAGIA

Piscator ictus sapiet.

Apud Graecos celebratissimum hoc proverbium ab huiusmodi quadam eventu natum affirmant: Quum piscator quidam piscibus, quos intra rete tenebat, manum admovisset, atque a scorpio pisces feriretur: *Ictus — inquit — sapiam.* Itaque suo malo edoctus cavit in posterum. — Plinius lib. XXXII demonstrat

id esse peculiare draconi et scorpio pisces ut laudent aculeis, si manu tollantur. — Zenodorus ait paroemiam apud Sophoclem extare.

Crassa sive Pingui Minerva.

Minerva iuxta poetarum fabulas, artibus atque ingeniosis praesidet. Unde illud fluxit: «Invita Minerva»; praeterea illud: «Pingui, seu crassa Minerva», quod quidem iam olim proverbii vice celebrabatur. Columella (*De re rustica* XII, 1): «In hac autem — inquit — ruris disciplina non consideratur eiusmodi scrupolositas, sed, quod dicitur, pingui Minerva, quantumvis utile continget villico tempestatis futurae praesagium». Idem in primi libri praefatione: «Potest enim nec subtilissima, nec rursus, quod aiunt, pingui Minerva res agrestis administrari». Idem lib. X: «Nec tamen Hipparchi subtilitas, pinguioribus, ut aiunt, rusticorum litteris necessaria est». Dicitur pinguiori Minerva fieri, quod inconditius simpliciusque quasique indoctius fit, non autem exquisita arte, nec exactissima cura. Unde Horatius philosophum describens, non exactis illis Stoicorum rationibus atque argutiis instructum, sed veluti citra artem, philosophiam moribus exprimentem, neque tam disertum, quam simplicem ac sincerum: «Rusticus — inquit —, anormis, sapiens crassaque Minerva». Aulus Gellius (XIV, 1): «Nequaquam tamen id censebat in tam brevi exiguoque vitae spatio, quantovis hominis ingenio comprehendendi posse et percipi; sed conjectari pauca quaedam, et, ut verbo ipsius utar παχύτερον, id est crassius, et pingui Minerva.

ACTA PONTIFICIA

Sanctissimi Domini Nostri Pii divina providentia Papae X litterae encyclica de modernistarum doctrinis.

(Cfr. num. sup.).

Ecclesia et Status iuxta modernistas.

Sed modernistarum scholae satis non est debere Statum ab Ecclesia sciungi. Sicut fidem, quoad elementa, ut inquit, phaenomenica scientiae subdi oportet, sic in temporalibus negotiis Ecclesiam subesse Statui. Hoc quidem illi aperte nondum forte asserunt; ratiocinationis tamen vi coguntur admittere. Posito etenim quod in temporalibus rebus Status possit unus, si accidat credentem, intimis religionis actibus haud contentum, in externos exilire, ut puta administrationem susceptionem Sacramentorum; necesse erit haec sub Status dominum cadere. Ecquid tum de ecclesiastica auctoritate? Quum haec nisi per externos actus non explicetur, Statui, tota quanta est, erit obnoxia. Hac nempe consecutione coacti, multi e protestantibus liberalibus cultum omnem sacrum externum, quin etiam externam quamlibet religiosam coniunctionem e medio tollunt, religionemque, ut aiunt, individualem invehere adnituntur. — Quod si modernistae non-

dum ad haec palam progrediuntur, petunt interea ut Ecclesia quo ipsi impellunt sua se sponte inclinet seque ad civiles formas aptet. Atque haec de auctoritate *disciplinari*. — Nam de doctrinali et dogmatica potestate longe peiora sunt ac licet commentantur. Consociatio religiosa in unum vere coalescere nequam potest, nisi una sit consociatorum conscientia, unaque, qua utantur, formula. Utraque autem haec sit reperire ac determinare formulam, quae communis conscientias rectius respondeat; cui quidem menti satis auctoritatis inesse oportet ad formulam quam statuerit communis imponendam. In hac porro coniunctione ac veluti fusione tum mentis formulam eligentis tum potestatis eamdem perscribentis, magisterii ecclesiastici notionem modernistarum collocant. Quum igitur magisterium ex conscientiis singularibus tandem aliquando nascatur, et publicum officium in earumdem conscientiarum commodum mandatum habeat; consequitur necessario, illud ab eisdem conscientiis pendere, ac proinde ad populares formae esse inflectendum. Quapropter singularium hominum conscientias prohibere quoniam impulsiones quas sentiunt palam aperteque profiteantur, et criticæ viam praepedire qua dogma ad necessarias evolutiones impellat, potestatis ad utilitatem permisssae non usus est sed abusus. — Similiter in usu ipso potestatis modus temperatioque sunt adhibenda. Librum quemlibet, auctore inscio, notare ac proscribere, nulla explicatione admissa, nulla disceptatione, tyrannidi profecto est proximum. — Quare heic etiam medium est quoddam iter reperendum, ut auctoritatis simul ac libertati integra sint iura. Inter ea temporis catholicis sic est agendum, ut auctoritatis quidem observantissimum se publice profiteatur, suo tamen obsequi ingenio non intermitat. — Generatim vero sic de Ecclesia praescribunt: quoniam ecclesiasticae potestatis finis ad spiritualia unice pertinet; externum apparatum omnem esse tollendum, quo illa ad intuentum oculos magnificentius oratur. In quo illud sane negligitur, religionem, etsi ad animos pertineat, non tamen unice animis concludi; et honorem potestati impensum in Christum institutorem recidere.

Evolutionis doctrina et modernistae.

Porro ut totam hanc de fide deque vario eius germe materiam absolvamus, restat, Venerabiles Fratres, ut de utrorumque explicatione postremo loco modernistarum praecelta audiamus. — Principium hic generale est: in religione, que vivat, nihil variabile non esse, atque idcirco variantum. Hinc gressum faciunt ad illud, quod in eorum doctrinis fere caput est, videlicet ad *evolutionem*. Dogma igitur, ecclesia, sacrorum cultus, libri, quos ut sanctos veremur, quin etiam fides ipsa, nisi intermixta haec omnia velimus, evolutionis teneri legibus debent. Neque hoc mirum videri queat, si ea pree oculis habeantur, quae sunt de horum singulis a modernistis tradita. Posita igitur evolutionis lege, evolutionis rationem a modernistis ipsis descriptam habemus. Et primo quoad fidem. Primigenia, inquit, fidei forma rudis et universis hominibus communis fuit, ut quae ex ipsa hominum natura atque vita oriebatur. Evolutio vitalis progressum dedit: nimis non novitate formarum extrinsecus accedentium, sed ex perversione in dies auctiores sensus religiosi in conscientiam. Dupliciter autem progressionis ipsa est facta: *negative* primum, elementum quodvis extraneum, ut puta ex familia vel gente adveniens, eliminando; *deinde positive*, intellectiva ac morali hominis exploitatione, unde notio divini amplior ac lucidior *sensusque religiosus* exquisitor evasit. Progradientis vero fidei eadem sunt causae afferendae, quam quae superius sunt allatae ad eius originem explicandam. Quibus tamen extraordinarios quosdam homines addi oportet (quos nos prophetas appellamus, quorumque omnium praestantissimus est Christus); tam quia illi in vita ac sermonibus arcani quidpiam praesertulerint, quod fides divinitati tribuebat; tam quia novas nec ante habitat *experiencias* sunt nacti, religiosas cuimque temporis indigentiae respondentes. — Dogmatis autem progressus inde potissimum enascitur, quod fidei impedimenta sint superanda, vincendi hostes, contradictiones refellendae. Additum his nisum quendam perpetuum ad melius penetranda quae in arcana fidei continentur. Sie, ut exempla cetera praetreamus, de Christo factum est: in quo, divinum illud qualcumque, quod fides admittebat, ita pedentem et gradatim amplificatum est, ut dum pro Deo haberetur. — Ad evolutionem cultus facit praecipue necessitas ad mores traditionesque populorum sese accommodandi; item quorundam virtute actuum fruendi, quam sunt ex usu mutati. — Tandem pro Ecclesia evolutionis causa inde oritur, quod componi egeat cum adjunctis historicis cumque civilis regiminis publice inventis formis. — Sic illi de singulis. Hic autem, antequam procedamus, doctrina haec de *necessitatibus seu indigentias* (vulgo *de bisogni significantius appellant*) probe ut notetur velimus; etenim, praeterquam omnium quae vivimus, est veluti basis ac fundatum famosae illius metodi, quam historicam dicunt.

In evolutionis doctrina ut adhuc sistamos, illud praeterea est advertendum quod, etsi indigentiae seu necessitates ad evolutionem impellunt; his tamen unis acta, evolutionem transgressa facile traditionis fines atque ideo a primigenio vitali principio avulsa, ad ruinam potius quam ad progressionem traheret. Hinc, modernistarum mentem plenis sequuti, evolutionem ex confictione durarum virium evenire dicemus, quarum altera ad progressionem agit, altera ad conservationem retrahit. — Vis conservatrix viget in Ecclesia, contineturque traditione. Eam vero exercit religiosa auctoritas; idque tam iure ipso, est enim in auctoritatis natura traditionem tueri; tam re, auctoritas namque, a communicationibus vitae reducta, stimulis ad progressionem pellentibus nihil aut vix urgetur. E contra vis ad progrediendum rapiens atque intimis indigentiae respondens latet ac molitur in privatorum conscientiis, illorum praecipue qui vitam, ut inquiunt, proprii atque intimi attingunt. — En hic, Venerabiles Fratres, doctrinam illam exitiosissimam effere caput iam cernimus, quae laicos homines in Ecclesiam subfert ut progressionis elementa. — Ex convento quadam et pacto inter binas hasce vires, conservatrixem et progressionis fautricem, inter auctoritatem videlicet et conscientias privatorum, progressus ac mutations orientur. Nam privatorum conscientiae, vel harum quaedam, in conscientiam collectivam agunt; haec vero in habentes auctoritatem, cogitque illos pactiones conflare atque in pacto manere. — Ex his autem pronum est intelligere, cur modernistae mirentur aedeo, quum reprehendi se vel puniri sciunt. Quod eis culpae veritutis, ipsis pro officio habent religiose explendo. Necessitates conscientiarum nemo melius novit quam ipsi, eo quod prius illas attingunt, quam ecclesiastica auctoritas. Eas igitur necessitates omnes quasi in se colligunt: unde loquendi publice ac scribendi officio devincuntur. Carpat eos, si volet, auctoritas; ipsis conscientia officii fulciantur, intimaque experientia norunt non sibi reprehensiones deberi sed laudes. Utique non ipsos latet progressiones sine certaminibus haud fieri, nec sine victimis certamina: sint ergo ipsis pro victimis, sicut prophetae et Christus. Nec ideo quod male habentur, auctoritati invident: suum illam exsequi munus ultra concedunt. Queruntur tantum quod minime exaudiuntur; sic

enim cursus animorum tardatur: hora tamen rumpendi mos ras certissime veniet, nam leges evolutionis coērceri possunt, infringi omnino non possunt. Instituto ergo itinere pergunt: pergunt, quamvis redarguti et damnati; incredibilem audaciam fucatae demissionis velamine obduentes. Cervices quidem simulate inflectunt; manu tamen atque animo quod suscepunt persequuntur audacius. Sic autem volentes omnino prudentesque agunt: tum quia tenent, auctoritatem stimulandam esse non evertendam; tum quia necesse illis est intra Ecclesiae septa manere, ut collectivam conscientiam sensim immutent: quod tamen quum aiunt, fateri se non adverunt conscientiam collectivam ab ipsis dissidere, atque ideo nullo eos iure illius se interpres venditare.

Sic igitur, Venerabiles Fratres, modernistis auctoribus atque actoribus, nihil stabile nihil immutabile in Ecclesia esse oportet. Qua equidem in sententia praecursoribus non caruere, illis nimis, de quibus Pius IX decessor Noster iam scribepat: *Isti divinae revelationis inimici humanum progressum summis laudibus effentes, in catholicam religionem temerario plane ac sacrilego ausu illum inducere vellent, perinde ac si ipsa religio non Dei, sed hominum opus esset aut philosophicum aliud inventum, quod humanis modis perfici queat* (1). — De revelatione praesertim ac dogmate nulla doctrinam modernistarum novitas; sed eadem illa est, quam in Pii IX syllabo reprobata reperimus, sic enunciata: *Divina revelatio est imperfecta et idcirco subiecta continuo et indefinito progressui, qui humanae rationis progressioni respondeat* (2).

— Potest servari antiquissimus usus, ut clericus thuriferarius exhibeat genuflexus thuribulum Celebranti, saltem quando Celebrans est Praelatus, ac praesertim generalis Superior, dummodo agatur de Praelatis tantum Provincialibus et Generalibus, qui celebrent in ecclesiis sibi respective subiectis et ab Ordinarii locorum iurisdictione exemptis; nisi tamen missa vel officium, vel functio coram Sanctissimo exposito celebretur. (Indidem).

— Verba in motu proprio *Inter multiplices* (n. 27): « a qua (scil. palmatoria) abstinentur coram Ordinario » sunt intelligenda de qualibet Ordinarii praesentia, non tantum de casu quo Ordinarius ipse palmatoria utitur. Ipsius palmatoria usus, si in concessione Apostolica continetur, latius patet quam mitrae, ita ut in functionibus quibus mitra uti non licet, palmatoria tamen adhiberi possit. (Indidem).

(1) Encycl. *Qui pluribus* 9 Nov. 1840.
 (2) Syll. Prop. 5.
 (3) Const. *Del Filius* cap. IV.
 (4) Loc. cit.

EX SS. CONGREGATIONIBUS ROMANIS SENTENTIAE NOVISSIMAE SELECTAE

Ex Congregatione Indicis.

Ex decr. d. XVII mens. Martii MDCCCVIII in indicem librorum prohibitorum relata sunt opera quae sequuntur:

IL PROGRAMMA DEI MODERNISTI. *Risposta all'Enciclica di Pio X « Pascendi dominici gregis ».* (Roma 1908).

PAUL BUREAU. *La crise morale des temps nouveaux.* Préface de M. Alfred Croiset. — (Paris, s. a.).

P. SAINTYVES. *La réforme intellectuelle du clergé et la liberté d'enseignement.* — (Paris, 1904).

— *Les Saints successeurs des dieux.* — (Ibid. 1907).

— *Le miracle et la critique historique.* — (Ibid. 1907).
 — *Le miracle et la critique scientifique.* — (Ibid. 1907).

FRANC. REGIS PLANCHET. *El absolutismo episcopal en la república mexicana. Apuntes para la historia.* — (Chihuahua, 1907).

Ex Congregatione Sacrorum Rituum, Indulgientiarum et SS. Reliquiarum.

— Retineri non potest usus licet antiquissimus, ut in Processionibus intra claustra peragendis candelabra a duobus in habitu chorali Religiosi deferantur, qui acolythorum vices cum crucifero expleant. Acolyti superpelliceum gerant, ut pote officium suum exercituri erga crucem, quae in Processionibus delata locum altaris obtinet. (Ex decr. d. I mens. Febr. MDCCC VII).

— Quoties functiones in Sabbato Sancto sine sacris ministris peraguntur, sacerdos nequit incensum ponere ac benedicere pro subsequenti Processione, in qua canitur *Lumen Christi*, ac pro paschali praeconio antequam diaconalia coloris albi paramenta sumat; sed postquam eadem diaconalia sumpserit indumenta. (Indidem).

— Voci tono ad Missam solemnem ordinariam consueto dici debent feria VI in Parasceve verba, sive orationes *Incensum istud...., Perceptio corporis tui...., Panem caelestem...., Corpus Domini Nostri Iesu Christi...., et Quod ore....* (Indidem).

— Potest servari antiquissimus usus, ut clericus thuriferarius exhibeat genuflexus thuribulum Celebranti, saltem quando Celebrans est Praelatus, ac praesertim generalis Superior, dummodo agatur de Praelatis tantum Provincialibus et Generalibus, qui celebrent in ecclesiis sibi respective subiectis et ab Ordinarii locorum iurisdictione exemptis; nisi tamen missa vel officium, vel functio coram Sanctissimo exposito celebretur. (Indidem).

— Verba in motu proprio *Inter multiplices* (n. 27): « a qua (scil. palmatoria) abstinentur coram Ordinario » sunt intelligenda de qualibet Ordinarii praesentia, non tantum de casu quo Ordinarius ipse palmatoria utitur. Ipsius palmatoria usus, si in concessione Apostolica continetur, latius patet quam mitrae, ita ut in functionibus quibus mitra uti non licet, palmatoria tamen adhiberi possit. (Indidem).

DIARIUM VATICANUM
(Die xxi mens. Februarii - d. xx mens. Martii MDCCCVIII)

Coram SSmo admissiones.

Praeter Purpuratos Patres, Urbanos Antistites, aliosque viros, qui sua quisque munera gratia Pontificem de more adiverunt, peculiari nota digni sunt iuxta admissionis diem: Boris Wladimovitch, Magnus Russorum Dux; manus peregrinorum ex Gallica Lapurdensi dioecesi; Cyrilus Geha, Patriarcha Antiochenus Graecorum Melchitarum cum suis episcopis, abbatibus et procuratore; Franciscus et principibus de Liechtenstein; De Brandis comes, legatus extraordinarius atque administer cum omni potestate Austrorum Hungarorumque apud Apostolicam Sedem; Bartholomeus Accornero cum legatione cultorum vinearum Montis Ferrati, qui Romanum ad suae artis coetum habendum venerant; Dominicus Reuter, Ord. Minorum S. Francisci « Conventualium » Magister Generalis; Collegium Armeniorum de Urbe; Parochorum col-

legium Romanum; manus peregrinorum e Nordica America ex Terra Sancta reducum; Gabriel Nabax, Abbas Generalis Ordinis Basiliani in monte Libano omnia et dona offerens ob Iubilaum Sacerdotale SSmi; Sarsinae princeps eiusque familia; Ioannes Tacci, archiepiscopus Nicaenus, Apostolicus nuntius ad Belgas; Iosephus Pothier O. S. B., Praeses coetus ad libros liturgicos gregorianos edendos; Seminarium Veterbiense; Emmanuel de Sarzana, a secretis apostolicae legationis Madritensis; Marcus Borghese, princeps Urbanus eiusque familia; Antonius ex Aurelianensi-Bragantina gente princeps; Belgae peregrini ad quingentos a rev. viro Ferdinandi De Croy coram adducti; Sacer Purpuratorum Senatus, aulici omnes, coetus ad SSmi Iubilaum celebrandum constitutus, sodalitas Petriana et Catholica Italorum Iuventute, Collegii pii Latinus Americani alumni omnia et dona offerentes ob diem SSmi nominalem.

Pontificiae electiones.

Excellentissimus vir Guilelmus Schneider, episcopus Paderbornensis, inter episcopos Pontificio solo adstantes adsciscitur.

— Fridericus Tedeschini et Stephanus Grasselli inter antistites domus Pontificalis referuntur.

— Raphael Scapinelli de Leguigno a Secretis S. C. rerum ecclesiasticarum extra ordinem, et Nicolaus Canali Secretariae Status substitutus dicuntur.

Vita functi viri clariores.

Romae, septuaginta annos natus, eminentissimus vir Ioannes Baptista Casali Del Drago, iam Patriarcha Latinus Constantinopolitanus, ab an. autem MDCCXCIX in Sacrum Senatum cooptatus; vir pietate insignis.

Varia.

Die II mens. Martii in Xystino sacello insta funebria Carolo I Lusitanorum regi eiusque filio Aloisio Philippo, adstante Pontifice, persolvuntur.

ANNALES

Eventuum congeries.

Si disceptationes exceperis de Balkanica quaestione heic illic agitatas ferriviarum per illam regionem ab Austria deducendarum arrepta occasione, quaeque tamen verborum limites non excesserunt, nullum invenies proximo tempore argumentum, quod peculiarium animadversionum occasionem praebeat.


Hodie itaque « recensio » vere caput hoc Commentarii nostri dici poterit, quam iuxta eventuum successionem explebimus.

Primo itaque occurrit nefandum crimen in Persiae regem pertentatum; cuius, quum per Teheran urbem curru transiret, ignivomorum globarum potentis vi est vita in discrimen adducta. Frustra tamen feliciter; rex enim sive casu, sive quod sceleris indicia cognovisset, ad aliam vehem transverat, suamque vacuam dereliquerat, quae reapse in frustula redacta est. Mors tamen, quem ille effugerat, multis civis circum occupavit.

De Mauritania, post magnam novam victoriam a D'Amade, Gallicarum copiarum duce, reportatam, siluerunt fere omnino diaria circa bellicas vices; quinquo de pace breviter firmando inter aemulos Arabes fratres praedican; quae quidem, si fieri poterit, rem planiorem reddet, ita ut imperii status tandem aliquando in integrum restituatur.



Alfonso rex Barcinonem petuit, singularem quidem animi virtutem ostendens; siquidem notum est Catalaunum late regi adversari, evertendarumque Hispanicarum rerum cupidos ibidem sedem suam posuisse. Actio tamen regis felici est exitu coronata; populus enim omni plausu ovans et gratulans eum exceptit, regalisque imperii adversarios ad silentium adduxit.



Querendum contra est Latinas gentes quae Americanas inferiores incolunt novum fraterni et civilis odii miserum spectaculum dedisse in **Haitiana** republika, ubi Firmin dux, Alexis praesidis aemulus, in eum seditionem movit, quae sanguine suffucata est; nec incolarum modo, sed exterorum etiam, qui criminis quasi participes passim accusati sunt. Inde factum, ut naves Germanicae, Gallica, Anglicae ac Civitatum Foederatarum Septentrionalis Americae ad Portum Principem, ut suarum quaeque nationum cives vi quoque protueretur, missae fuerint.

Quousque tandem?....

PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS

In **Anglia** de Balkanica quaestione disceptatio habita, oblataeque leges tum ad gubernandam alcoolicarum potionum venditionem, tum de iure suffragii mulieribus concedendo.

In **Borussia** lex de Polonis terris a possessoribus certis occasionibus auferendis, quamquam multis adversantibus, approbata.

In **Gallia** nova pecunia pro bello Mauritanico erogata, commodumque operariis lege constituta.

In **Italia** rogatio legis de religionis institutione in puerorum scholis omnino abolenda plurimis suffragiis reiecta.

In **Norvegia** administratorum collegio a munere sedente, novum suffectum, Knudsen praeside.

In **Russia** de exteris rebus, cum Iaponia praesertim, ab Iswoiski administro felici exitu disputatum.

PER ORBEM

Die xx mensis Februarrii M DCCC VIII, Petropoli, a militum tribunal morte multatatur Stoessel, copiarum magister, quod, Iaponico in bello, Arthuri portus deditionem hostibus, firmis etiamtum Russorum munimentis, fecisset.

— d. xxiv, Romae, Nuntius Nasi, quondam publicae Italorum institutioni praepositus, repetundarum reus dicitur atque damnatur a Senatu, in iustitiae summum tribunal constituto.

Senis repente morbo corripitur Ioannes Oscarius Pauvet de la Chapelle, antiquitatis Gallicus magister.

— d. xxviii, Coburgi, nuptiae celebrantur inter Ferdinandum, Bulgariae principem, et Eleonoram e principibus Reuss-Koestritz.

Bonearensi in urbe anarchista quidam Argentinus civis, ignivomum globum contra reipublicae praesidem Figueroa Alcorta coniicit, qui tamen bono alite incolmis evadit.

Die i mens. Martii, Consentiae in urbe Calabriae, terra quatitur magno civium terrore, at nullo damno.

Abnormis nivium moles, a montibus praerupta, oppidum Loetschbergense occupat, domos et plures incolas sepeliens.

— d. ii Romae in Capitolio Rumenorum legatio aeneam parvam ad Urbem matrem dono a Rumenis missam sollemni ritu municipibus offert.

— d. vi Romae, adstante regali Italorum familia, in Lusitanorum templo, iusta funebria Carolo regi eiusque filio Olyssipone trucidatis exsolvuntur.

Domus quadringentae Magasoy oppidi ad Tokium in Iaponia flammis comburuntur.

— d. vii Russorum Caesar Stoesselio, copiarum magistro, mortis poenam cum carcere per annos decem in imperii arcibus commutat.

— d. xi Bordigherae in oppido Liguria, improvisa morte perit Edmundus De Amicis, Italorum scriptor humanissimus apud omnes populos maxime celebratus. Natus erat Oneliae in urbe d. xxi mens. Octobris M DCCC XLVI.

Romae in regiis aedibus piaculari aqua sollemniter abluitur Ioanna, Itali regis filia, recens nata.

— d. xii Constantinopoli incendium tria millia hominum tectis exuit.

— d. xiii Aemilius De Giorgis, militum publicae securitati in Macedonia praefectus, Romae obit.

— d. xix philosophorum Nestor Eduardus Zeller nonaginta et quatuor annus natus Stutcardae naturae concedit.



Il lettore
Consultazion
in questa sca

I volumi c
ma lasciati su

Tutti i vol
dal personale

I volumi d
ai Custodi, i
per i giorni s

Qualora s
indicante cl
l'interessato
ottenerne br

Si raccon
riguardo.

Nelle sal
Ai trasgi

LIBRI RECENS DONO ACCEPTI

Socios et lectores admonere iuvat, libros recens editos atque ad nos missos ut in *Voce Urbis* eorum notitia detur, apud administratorum nostrum, nisi contra aperte declaretur, minime venundari. Si quis igitur alterum eorum sibi cupiat, petat necesse est ab editore, quem semper indicamus.

C. CHAUVIN. *Il processo di Gesù.* — Romae edid. Desclée et Soc., 1908. (Ven. lib. 0,60).

CANET (Ab.) *La libertà di pensare e il libero pensiero.* — Indidem. (Ven. lib. 0,60).

GONDAL I. L. *Il Cristianesimo nel paese di Menelik.* — Indidem. (Ven. lib. 0,60).

LOUIS BRÉHIER. *Le basiliche cristiane.* — Indidem. (Ven. lib. 0,60).

ID. *Le chiese romane.* — Indidem. (Ven. lib. 0,60).

PEDRINI P. *Compendium theologiae dogmaticae ad mentem divi Thomae in decem tractatus disceptum et cursui scholastico breviori accommodatum.* — Indidem. (Ven. lib. 3).

BERNARDINUS AQUILANTE. *Florilegium spirituale.* — Indidem. (Ven. lib. 0,75).

AENIGMATA

I.

Tolle caput; toto faciles fert ocyor alas;
Acephalo ventrem, fitque numisma vetus.

II.

Excubat os patulum diducto semper hiatu,
Quae dederis servat, reddit ut illa tibi.
Litterulam mutas? Herae'sul lege, theatris
Ipsis obscoenis cogor adesse iocis.

ANDR. PAPAY.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad Commentarii moderatorem miserint intra menses duos, unus, sortitus, gratis accipiet opus cui titulus:

I SONETTI PASTORALI DI LUIGI CLASIO
tradotti in distici latini da GIOVANNI BATTANI.

Aenigmata an. XI, n. I proposita his respondent:

1) Re - do; 2) Palus - ter

Ea rite soluta miserunt:

Amedeus Robert, Roma. — F. Arnori, Mediolano. — Petrus Tergestinus; Rich. Brondel, Brugis. — Henricus Tarallo, Neapol. — Franc. Bonaventura, Aterno. — Rich. Müller, Berolino. — I. Ortiz, Morelia. — I. Walter, Neo-Eboraco. — Lod. Dubois, Massilia. — Ios. Martins, Philadelphia.

Sortitus est praemium:

JOSEPHUS MARTINS,

ad quem missum est PETRI ANGELINI opus cui titulus:

LOLLIUS,
sive DE PROVECTA LATINITATE.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina Pacis, Phil. Cuggiani.

TARCISIUS — Actio dramatica I. B. FRANCESIA.

(Versibus senariis conscripta).

(5)

CROMATIUS.

Tu morte nuper claram damnasti Fulviam,
Erit, quod peius, dimittenda ad bestias.
Mali quid egit? Nam est Christi discipula!
Quid hinc? Platonem liber pol sequar,
Epicurum ducem porcorum prosequar,
Sequar quemcumque in mentem mihi venerit....
Sequi non possum Christianam fabulam?
Quid impii gessit; mali quid protulit?

DIOCLETIANUS.

Meis resistunt obstinate imperiis!

CROMATIUS.

Queis? Cur impedis servire numini
Eligunt quod sibi, reverenter colunt?
Licet si ceteris quaecumque numina
Legisse, eisque thus dare et obsequia,
Cur impedis istis Christum sequi, colere?
Dabis tu mortem? Moriuntur alacres
Ut olim legitur cessisse Scaevela!
Timesce quidquid sit dictura historia.
Est, sultis, impius Christianorum crux;
Cruor sed iste tollitur de pulvere,
Tibique, Caesar, in frontem iactabitur.
Pius tu Caesar tum traderis posteris
Et asper sanguinis ferox dulcedine.

DIOCLETIANUS (1).

Cupis quid egerim Christi discipulis?

CROMATIUS.

Haud cunctos quaerito salvos ut miseric;
Modo sed desidero Fulviam duis!
Eius descendunt Consules de latere
Complures, ipsa est affluens divitiis....
Falsis abducitur pravisque placitis,
Probrosis secta maculata, pessimis....
Nihil sed contra Caesarem nec Superos
Quod ipsa fecit!... Vertit in bonum proximi
Sibi quod amplius lateque possidet.

DIOCLETIANUS.

Huic vis parcam? Parcam!

CROMATIUS (2).

Gratias ago
Tibi, imperator, meritas pro munere!

DIOCLETIANUS.

Ei sed ista vitae sit conditio,
Modo sit imperii praesto legibus.

(1) Confidenter, ac prope verbis Cromatii commotus.

(2) Exultans, et laetitia gestiens.

CROMATIUS.

Ipsi obedientes Christiani dictitant,
Nihil contra leges peccare praedicant....
Sine ut Christiani sequantur liberi
Suam quam credunt fidem sanctissimam.
Quid ipsi contra machinantur Caesarem?
Ut agni vivunt dociles ut pecudes (1).

VOCES.

Ad mortem saga deducatur protinus!
Sit impiae nulla prorsus misericordia!

CROMATIUS (2).

Quid impii effutunt compulsi insanis?
Nil egit ipsa quod damnetur capite.
Quid, cives, agitis? nec istud criminis
Manus nunc vestrae committant! Sistite!
Ipse imperator nunc pepercit miserae!

ALIAE VOCES.

Ad mortem Fulvia!

CROMATIUS.

Averte scelestas manus!
Neu conscientia est criminis, Romani; est innocens! (3)

SCENA V.

DIOCLETIANUS, LANUS (4), CIVES.

DIOCLETIANUS.

Omnia circum nunc occupat silentium.
Meis quis terror serpit in praecordiis?
Quid est?

LANUS (5).

Vide, quae multitudo gentium
Adest supplicio, movet nec palpebras,
Observant taciti, tenent suspirum....
Illic aedopol pendet omnis respublica!

VOCES INTERNAE POPULI DELIRANTIS.

Ad mortem, ad mortem saga! Pereat impia!
LANUS.

Quid amplius sit equidem nunc nescio:
Novus fit strepitus.... qui vocum sonitus?
Audin' quae voces, quod delirium gentium?

(1) Hic audiuntur voces clamantium intus.

(2) Introversus.

(3) Prosilit intro clamitans inter cives.

(4) Rediens se comitem addit imperatori, tranquillitatem simulans.

(5) Eum invitans theatrum versus.

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS
COMMENTARII VOX URBIS IN AN. MDCCCCVIII

Pretium annuae subnotationis est in Italia Libell. 4,80
ubique extra Italiam Libell. 6,25
(Doll. 1,25; Sch. 5; March. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25)
recto tramite mittendum

ad ARISTIDEM LEONORI Equitem

Commentarii "Vox Urbis," possessorem et administratorem

ROMAM, Piazza del Gesù, 48

Praemia sociis constituta:

Ex subnotatoribus quisque sive Vox Urbis kalendarium, sive tabulam m. 0,25 × 0,45 Pontificiam dominationis auspicationem referentem a Pio PP. IX anno MDCCCXLVI peractam, ad libitum sibi habebit.

Qui socios novos comparaverit duos pretiumque eorum subnotationis miserit, subnotatione sibi gratis omnino fruetur.

Qui socios novos comparaverit tres — bibliopolis exceptis — magnificam tabulam dono accipiet m. 0,63 × 0,85 in qua apposita charta manu facta, calcographice impressa, officina Urbani hospitii S. Michaelis ad Ripam, antiqua gloria insignis, imaginem retulit Pii X Pont. Max. vultus vigore, oculorum vi lineamentisque iure merito apud omnes celebratam.

Qui triginta socios novos comparaverit ante Iulium mensem — bibliopolis pariter exceptis — dimidiatum pretium itineris habebit a quovis Europae loco ubi vivit Romam usque, atque inde in domum suam, secunda, prouti vocant, ferriveharum classi usus.

Qui sexaginta socios novos comparaverit uti supra, eodem itinere gratis omnino gaudebit.

Ann. XI. ROMAE, Kal. Maiis MDCCCCVIII Num. V.

VOX VRBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Semel in mense prodit

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est:

In Italia: Libellarum 4,80
ubique extra Italiam: Lib. 6,25 (Doll. 1,25; Sch. 5; M. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25)

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem

Commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem

ROMA - Piazza del Gesù, 48 - ROMA



Subnotatio fieri potest:

IN GALLIA
apud
Librairie Gamber

Paris
Rue Danton.

IN ANGLIA
apud
Burns and Oates

London W.
28, Orchard Street.

IN RUSSIA
Varsaviae Polonorum
apud
Gebethner et Wolf
Rakowskie Przedmiescie, 15.

"Kronika Rodzinna"
Krakowskie Przedmiescie, 6.

IN CANADA
apud
Librairie Granger Frères

Montreal
1090, Rue Notre-Dame.